

Alte Drucke

Davidis Chytræi In Historiam Iosvæ, Iudicvm, Rvth, in Prophetas & Psalmos aliquot; & Sententias Syracidæ

Chyträus, David

Lipsiae, 1592

VD16 C 2504 T. II

Caput XLII.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-148122

ὄν γὰς ἐπ' ἀνάλογον. Hic quoniam didicit sceleratè facta patrare, Non vult furtificis manibus perferre laborem: Ostia sed mauult per singula quarere victum, Pascere quo ventrem ieiunus possit auarum.

O mors quàm amara est memoria tui, apud hominem vtentem rebus secundis. IIII. pars capitis, de morte non timenda pijs concionatur. Propositio est. *Noli timere mortem.* Argumenta tria sunt. I. A causa efficiente: *DEVS* iusto iudicio naturam hominum peccato pollutam morti subiecit. Humiliari igitur sub potenti manu Dei, nec repugnare ipsius sapientiae & voluntati iustissimæ, nos oportet. II. Mors est communis omnibus hominibus. Non igitur appetenda est inæqualitas, nec recusare id onus debemus, quod alijs multo præstantioribus ferendum est. III. Qui iuvenes moriuntur, citius ex huius vitæ miserijs eluctantur. Similia argumenta Ethnici quoq; vt Cicero in prima Tusculana, & Seneca passim, & Plutarchus in libello ad Apollonium collegerunt. Sed multo imbecilliores sunt hæ Philosophicæ consolationes, quàm vt atrocis illius & horrendi mali, Mortis videlicet, metum ex animis eximere possint. Conferamus igitur remedia huic malo à filio Dei Domino nostro Iesu Christo, auctore vitæ & immortalitatis opposita, qui sua morte nostrâ mortem absorpsit, & iustitiam ac salutem æternam, corporibus etiam nostris ex morte in vitam reuocatis, impertit. I. Corinth. 15. Absorpta est mors in victoriam, vbi est mors aculeus tuus? vbi est ô inferne victoria tua? Aculeus enim mortis peccatum est, potentia autem peccati lex est: Deo autem gratia, qui dedit nobis victoriam per Dominum nostrum Iesum Christum.

Caput XLII.

Impiis male
erit.

F *ILII* impiorum, & qui adiungunt se impijs, abominationes merae sunt. Impiorum liberorum hereditas perit, & posterum eorum sunt contempti. Etiam liberi coguntur conqueri de patre impio.

Nam propter ipsum sunt contempti. Va vobis impijs, qui relinquitis legem altissimi, siue viuatis, siue moriamini, maledicti estis. Quemadmodum quod ex terra prouenit rursus redit in terram, & impij à maledictione ad damnationem. Afflictiones hominis forsitan hic durare possunt quàm diu uiuit. Sed nomen impiorum deletur, nam per omnia reprobum.

Bona fama.

Vide vt retineas nomen bonum. Nam certius est & durabilius quàm mille ingentes acerui auri. Quantumcunq; suavis aut iucunda sit vita, tamen paruo tempore durat: At nomen bonum durat in æternum. Filij mei, rebus secundis videte vt maneatis in timore Dei.

Pudor.

Quare pudet vos verborum meorum? Sunt quos pudet rerum

rerum

rerum non pudendarum. Sunt qui laudant res non laudandas. Pudeat patrem et matrem si scortentur. Pudeat principem et magnates mendacij. Pudeat iudicem et senatum iniquitatis. Pudenda est in plebe & populo inobedientia. Pudeat amicum amico inferre iniuriam. Pudeat vicinum furti. Pudendum est, si brachium tuum rustice pani fulcias in mensa. Pudeat te, si non possis reddere rationem, & non respondere cum salutaris. Pudeat te quod respicis scorta, & auertis faciem à consanguineo tuo. Pudeat te intercipere hereditatem, & donationem propter nuptias, & concupiscere uxorem alienam. Pudeat te concupiscere ancillam alienam, & astare ad lectum eius. Pudeat te beneficium exprobrare amico tuo, & cum aliquid donasti, nolere ei id obijcere. Pudeat te prodere quod audisti, aut proferre in lucem arcana tibi concredita. In hunc modum pudor tuus honestus est, & charus ac gratiosus erit apud omnes. Verum horum (que nunc dicam) te non pudeat, & in nullius gratiam discede à recto. Ne pudeat te legem & pactum docere altissimi. Non pudeat te timentem Deum contra iniuriam defendere: Bona fide agere cum proximo, & socijs. Ad amicos conuertere hereditatem: Attentum esse, ut serues iustum pondus & mensuram: Contentum esse, siue multum siue parum lucri facias. Non pudeat te inquam iuste agere, in bonis corporabilibus, emendo, vendendo, liberos tuos educare liberaliter & accurate. Seruum malum acriter castigare: A muliere parum fida res tuas studiosè custodire: A manibus multis & rapacibus, res tuas inclusas tenere. Non pudeat te inquam eas, que concredenda sunt administrationi seruorum, diligenter numerata, & libra expensa tradere. Rationes dati & accepti annotare. Non pudeat te inquam, imprudentes & stultos erudire. Deinde decrepitos senes, ne rixentur cum iunioribus, admonere. Ita euades in virum aptum gerendis rebus, & laudem habebis apud omnes.

Filia nondum elocata, vigilijs exercet patrem, & sollicitudo pro ipsa, turbat ei plurimum somni: sollicitus enim est, ne, cum iam floret etate, ante nuptias eam consenescere contingat.

Aut

Aut si nanciscatur maritum, ne odio incitetur erga eam. Aut cum adhuc virgo sit, ne construpretur, & uterum gerat, in domo patris. Aut ne maritata peccet, aut ipse maritus cum ea non habeat liberos. Quando filia tua se non gerit verecunde, duro preme eam imperio, ne coram inimicis tuis pudefias, & toti ciuitati sermones prabeas, ne coram omnibus hominibus confundaris. Noli circumspicere, ut formosos homines videas, neq; tam cupide ambias conuersationem mulierum. Quemadmodum enim ex vestibibus nascuntur tineæ, ita per mulieres plurimum oritur mali. Tutius est conuersari viro duro & tetrico, quam mulieri blandula, quæ contumelia eum exponit & ludibrio.

LOci quatuor. I. Doctrina primi præcepti: Ego sum Dominus Deus tuus, Deus Zelotes, visitans iniquitatem patrum in filijs, in tertiam & quartam generationem eorum qui oderunt me. *Ὁ θεὸς ἐπιδοκίμασι τὰ πατέρα, διὰ τὴν γενεάν αὐτῶν.* Piorum liberis bene erit, impiorum autem non bene erit. Quod autem obijcit humana ratio: Iniustum esse puniri aliquem propter delicta, quæ ipse non perpetravit, ut scriptum est, Anima quæ peccauerit, ipsa morietur. Sed peccata parentum & præcipue ante filios natos commissa, non sunt à filijs perpetrata. Ergo iniustum est parentum peccata in filijs, nepotibus & pronepotibus visitari. Respondeo ad maiorem, Primum, Iniustum est propter aliena delicta quenquã, scilicet agentem poenitentiam & credentem in Christum, puniri, præsertim æterna damnatione. Nam de agentibus poenitentiam & piè viuentibus impiorum liberis in Ezechiele dicitur: Filius non portabit iniquitatem patris. Sed non agentibus poenitentiam lex denunciat iram Dei propter sua & parentum delicta. Deinde iniustum est puniri aliquem propter delicta, quæ ipse non admisit, scilicet in foro politico. Tamerli politicis quoq; iudicijs poena criminis læsæ maiestatis, etiam in liberos extenditur, sicut interfectores Galeatij ducis Mediolani, non modò ipsi, verum etiam eorum liberi, infantes & agnati vsq; in quartum gradum capitali supplicio affecti sunt. Sic iudicium legis Dei, quod magnitudinem & atrocitatem peccati & iræ Dei aduersus peccatum, rectissime cernit & iustissime iudicat, poenas peccatorum, quæ in parentibus hæserunt, etiam in posteros vsq; in tertium & quartum gradum extendit. Quod iudicium etsi humana ratio cæca existimat iniustum esse, tamen nos cum Daniele dicamus: Tibi Domine iusticia, nobis autem confusio, & cum Dauide: Iustus es Domine, & rectum iudicium tuum. *Ποῦντοι τῶν ἀνομιῶν τῶν πατέρων ἐπὶ τῶν υἱῶν, ἀλλ' ἡ δικαιοσύνη σου ἐπιδοκίμασι τὰς γενεάς.* *Ποῦντοι τῶν ἀνομιῶν τῶν πατέρων ἐπὶ τῶν υἱῶν, ἀλλ' ἡ δικαιοσύνη σου ἐπιδοκίμασι τὰς γενεάς.*

Vide ut retineas bonum nomen. II. De bono nomine seu bona fama, quæ est celebratio aliorum bonorum & rectè iudicantium, qua alicuius virtutem & rectè facta comprobant & prædicant. Hanc vult Deus studiose à nobis repeti & retineri. Ut virtutem maiori studio complectamur. Nam expetere bonam famam est virtutem expetere. Deinde vult bona fama & infamia

infamia discerni honestos & inhonestos, ut honestatem & virtutem singuli ardentius colant. Tertio, vult celebratione virtutis alios ad imitationem inuitari, & non pollui ecclesiam & euangelion infamibus scandalis doctrinæ vel morum. Postremo, vult prædicatione virtutis & recte factorum, se Deum, fontem virtutis, ab alijs hominibus agnosci, & gloria affici, Matth. 5. Luceat lux vestra coram hominibus, ut videant vestra bona opera, & glorificetur pater vester, qui in cœlis est. Augustinus in sermone de communi vita Clericorum, Tom. 10. pag. 313. Propter nos conscientia nostra nobis necessaria est. Propter vos fama nostra non polluitur, sed pollet in vobis. Duæ res sunt: Conscientia & fama. Bona conscientia necessaria est tibi. Bona fama proximo tuo.

Quare pudet vos verborum meorum? Sunt quos pudet rerum non pudendarum. III. DE PVDORE, qui est virtus metuens veram infamiam, & timore iudicij diuini & propriæ conscientia & aliorum recte iudicantium, vitans delicta lege Dei prohibita, & sermones, gestus & actiones omnes ita regens, ut iudicij prudentum & bonorum probentur. Ex hac definitione perspicuum est, PVDOREM non tantum castitatem seu verecundiam, obsecritati & impudicitia oppositam significare, sed omnes ferè virtutes cæteras ambitu suo complecti, & ferè æquipollere timori Dei & iustitiæ vniuersali. Ideo sapienter Plato iubet parentes suis liberis, αἰδῶ πολλῶν, ἔργων κατὰ λέγειν, Pudorem multum potius quam aurum multum relinquere. & in Eutyphrone inquit: ἵνα γὰρ δέῃ, ἔνθα καὶ αἰδῶς, Vbi est timor, ibi pudor. Id Plutarchus corrigens: τὴν αὐτίον Φησὶ, αἰδουμένοις ὁ σωφρονίζων ἐγίνετο φόβος, Econtra, inquit, in pudore præditis, gigni timorem coercentem omnes cupiditates & virtutum omnium custodem. Enumerat autem Syracides XV. res seu peccata prohibita lege Dei, à quibus designandis pudore singuli deterreri debeant. Deinde commemorat XV. res honestas ac iudicio Dei & omnium bonorum probatas, à quibus faciendis nemo pudore abduci debeat. *Filia nondum elocata vigilijs.* IIII. De sollicitudine parentum propter filias, & ijs educandis diligentia & feueritate iusta, & fugiendis libidinibus vagis præcipit. De quibus supra aliquoties commonefactiones audiuius.

Caput XLIII.

Sequentia octo Syracidæ capita, Breue compendium Bibliorum totius veteris Testamenti continent, comprehensum forma GRATIARVM ACTIONIS & laudum Dei, Quibus primum creationem omnium rerum in tota natura, primo capite Genesis descriptam celebrat: Deinde patefactionem & miranda opera Dei, quæ in ecclesia à se collecta per patres & prophetas & alios doctores & gubernatores illustres, ab initio mundi vsque ad Syracidæ tempora, edidit.

TEXTVS XLIII. CAPITIS.

Nunc celebrabo opera Domini, ex scripturis sanctis opera eius annuntiabo, sicuti legi illa. Sed ne sanctis quidem à Domino datum est, ut omnia mi-

H h

nia mi-